



ARCHIERS

GÆLI ROSSIACI,

IN GENTILITIIS SYDERIBVS

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI PATRIS.

P: BARLAAMI IASINSKI,

Primū emeritissimi Reccoris Collēgij Kijouo Mohilaeani ,
dein dignissimi Präfidis Cænobis S: Nicolai Pustyño Kijouiē:
tandē celeberrimi Archimādritæ S: Lauræ Kijouo Pieczariēsis,
ad extreum cōcordi omniū suffragio totiusq; Rossiae plausu,

KIOVIENSIS HALICENSIS sec.

ORTHODOXI

ARCHIEPISCOPI
METROPOLITÆ.

Ad auspiciatissimū eius, solenniꝝ apotheosi celebratū ingressū,
in CATHEDRAM METROPOLITANĀ KIOVIENSĒ,
intra communem Orbiꝝ Roxolani lætitiam ,
Sereno vultu

RESPLENDENS.

Appassente filii sua alumna Pallade Kijoue Mohilaanda, nee non habeti calamo,
sui deuinctissimè Clientis Stephani Jaworſki AA: LL: & Ph: M:

Anno Orbis increato Luminis illustrati 1690.



Syderibus Vir summe Tuis est Patria Olympus,
Atq; Tuam Lunam, Vastus Olympus habet,
Quid, quod & alta Sagitta illuc quoq; cuspide tendit?
Summum nempe Virum, stemmata summa probant.
Dumq; Tuum vehitur per tam sublimia stemma,
Quid mirum, quod te Fama per astra ferat?
Scande per alta, pede innocuo, fastigia Praesul,
Cumq; Tuis astris, vectus in astra ruas.

* * *

ILLUSTRISSIMO
REVERENDISSIMO^{AC}
IN CHRISTO PATRI, PATRI
BARLAAMO
IASINSKI,
KIOVIENSI HALICENSI, &c:
METROPOLITÆ.

DOMINO. PASTORI. PATRONO, MECÆNATI^Q,
SVO MVNIFICENTISSIMO,

diuturnam incolumitatem, & perennem felicitatem,

PRimo dicendi in limine, ingens mihi Tuarū Laudū
aperitur Oceanus. ARCHIPRÆSVL ILLVSTRISSIME.
Absterret mentem hæc abyssus, quæ solos nonnisi
præstolatur Dædalos eruditis pennis benè plumatos,
ut tantam abque naufragio Vastitatem metiantur.
Typhis aut Iasonis artem benè calleat argonauticam, quisquis
immensem Tuarum Laudum nititur enauigare Pelagus.

Laudus
aus
Hab
ayrola
ne laude



Remora est Tua Archipræsul Illustrissime verecūdia, quæ remis
Oratorijs, nigro innatantibus æquori, fræna iniicit, expansa
componit Carbasa, & quasi anchoram figit silentiū indictura.
Parendum ne igitur an contra flantem Tuæ Modestiæ Æolum,
velis remisq; luctandum? Scio equidem Tuæ verecundia
genium esse, mereri magis Laudes, quæm audire, & laudan-
da potius patrare, quæm patrata laudari malle, nec sec9 virtu-
tes occultare, quæm gemmas, Lapidescq; pretiosos, maris ab-
scindunt viscera. Spectandum tamen est virtutis debitum,
cui certè injuria foret, si stipendiarium sibi detraheretur Lau-
dis vestigial: ut enim Cælis solem, soli Lucem, luci umbram,
sic virtuti, arcto fædere annexam sociam Laudem, temerarijs
abripere ausibus, esset violentum. Seruiendum præterea
posteriori, seruiendum consuetudini, ac deniq; seruiendum
communi totius Orbis Roxolani, & vel maximè nostræ, an
potius Tuæ Palladis Letitiæ, quæ ut suapte naturâ diserta est,
ita celebrè plaudendi materiem nequit prætergredi, quin am-
plas verborum Encyclopædias, tanquam disertas amoris testes
in publicam euoluat Scenam. Nec certè silere de illo fas est,
qui loqui dedit, & linguam, rudem alias ac informem massam,
scintillanti amoris Camino, aureisq; malleis, in vocale suarum
laudum transformauit instrumentum, ac veluti mutu Memno-
nis simulacrum, non tam suorum Planetarum ignibus, quæm
munificis auri nitoribus in sonos animauit. Certè si Romani
olim Academicci, suam in Mæcenates testati gratitudinem, nu-
bem depinxerant, è mari sublatam, eamq; rorantem, ac dulci
aqua, quæ ante fuerat amarior, in suum Mare redeuntem,
addita nota Academica: *Resit agmine dulci.* Cur etiam mihi
ijsdem gratitudinis vestigijs insistere nō liceat? ac veluti nubi,
à Te meo plusquam gemmo Gange sublatæ, iterum in Te
meam Originem, dulciori Eloquentiæ meatu influere? Aude-
bo itaq; ac immenso Tuarum Laudum Pelago, etiam contra
flantem Tuæ verecundiæ Boream, rudem alias æquoreisq;
inassuetam fluctib9 committam Eloquentiæ classem. Nec sinu-
osos verebor vndarum Mæandros, ubi prælustris Tuorum Pla-
netarum mihi prælucet Arctos, ad quam tremulum calatum,
ceu magneticam dirigā acum. Quodsi audax penna Icareo
temeritatis ausu, justam promeru erit Nemesis, libens pænam



exequer, ac felicior Icarus totus Laudum Tuarum immegar Oceano: placet sic naufragum fieri, vel in iysis syrtibus promontorium habituro. Ne tamen etiam in Modestiam Tuam sim crudelis, vide quid Tuæ tribuam verecundiæ: Silebo primam, ad omnis honestatis amissim exactam juuentutem, quæ veluti aurora futuræ serenitatis erat prænuntia. Tacebo studiis oneratos an ornatos adolescentiæ annos, præteribo Sapientiæ sublimitatæ, Tuorū Planetarū æmulā, sīnā reliquā nō tam tēporibus quām virtutibus distinctā ætatem, non cōmemorabo tot tantorumq; honorū celsitudinem, Tuis virtutibus exæquatam, non ambitiose possessam, dignè oblatā, dignius gestā, quæ non tam Tibi largitur, quā à Tē sortitur ornamentū. transibo niueos illos mores, quorum Liliata Canities indicium & testis est, non producam in scenam venerandam illam vultūs Maiestatem, & omnem, quā in Catone olim suspexit antiquitas, symmetriæ grauitatem, orisq; dignitatem. Non hīc licentiosis ausibus turbabo Religionem, hoc est omnis in Te pie-tatis Ideam, non exactam illam actionū Regulam prudentiam, non sollicitum Honoris Diuini zelum, non facilitatem omnibus accessibilem, non animi submissionem, orbi in tanta ma-jestate admirandam, omnia enim hæc sua augusta amplitudine, meæ paginæ excedunt angustias. Cælo se gloria tollit. Virtutibus pagina cælum est, Theatrum orbis, Encomiastes æternitas.

Atq; hæc ego omnia grauare prætergrediar, Tuæq; cosulturus modestiæ, religioso silentio tanta Venerabοr ornamenta, Harpocrati similior quām Tullio. Alia mihi materies Oratorios suggerit Enthusiasmus, nimirum nullo fuso decolor mea in Te fides, nullâ Sophismatum tinturâ limatus candor, nullo deniq; Hypocrisis stigmate notata sinceritas, cuius amplam Hyperbolēn, ne tota quidem ars Rhetorica valet adæquare; Leuiter enim amat, cuius amor potest circuscribi. Et hoc ego Philanthropiū, hac rudi pagellâ exaratū, plaudentium multitudini associatus, ante Tuam Ve-nérabūd⁹ deferō Majestatem. Exiguum fateor: sed quid?

Flumina parua vides paruis de fontibus Orta.

Tagus aureas arenas fundit. Brythreum Pelagus vñiones vomit, Arabica tellus fert Lapillos, Poeticam venam nonnisi Pagascus eructat Caballus: Ast à turbido fonte, quid



sperandum? nisi hæc fæcibus permista scatebra. Aurei
Hesperidum Horti, auream ferant Sobolem, Dædalei Laby-
rinthi Cydonia prouducant mala, è sterili autem rubo. quid
expectandum? nisi gustibus ingrata labrusca: Imò Platano,
nullis beata fructibus, si alicubi, hic certè solemnem illam
suæ sterilitatis sibi vendicat tesseram: Nū præter umbram habet.
Non respues tamen etiam Vile Philtrū Mecænas Illustrissime,

Multiplicant doni præcium donantis amores,

Affectumq; simul, res data dantis habet.

Etiam hæc obtutibus indigna apparebit atomos, postquam
Solares Tuæ Clementiæ radios offuderis, neq; nox hæc nigro
depicta atramento, infamem patietur repulsam, si Tua Luna
atq; Sydera solitam vultus amænitatem demonstrabunt.

TVÆ ILLVSTRISSIMÆ CELSITVÐINI,
DOMINO. PASTORI. PATRONO. PATRI,
MECÆNATI^q SVO CLEMENTISSIMO.

Pedisequus ciliens ac mancipium
Stephanus Jaworski.

AR.

ARCTOS
AVITORV ILLVSTRISSIMI
ARCHIPASTORIS SYDERV,

AD Quam
MAGNETICVS SCIPIONIS METROPOLITANI
INDEX,

Mirâ quadam Sympathiâ, in Electione connitebatur.

EPIGRAPHHE
IMMOBILIS AD IMMOBILE LVMEN.

Huc adesto indiuidua Kijouensiū rupium habitatrix Echo,
Tecum ego hodie in Scenam prodeo: Eo
Faceat mendax Veritatis nuntius Liuor,
Solā ego Te in testimoniu hūc appello veridicā. dicam.
Dic sane, totiq; narrā posteritati
Quod soli Virtuti pateat ad Honores feliciter iter.
At ambitionē ac desidiā quænā expectant fastigia? sygia.

DIC OBSECGRO VERIDICA ECHO,

Non ne Diuinum Opus est,
Ex dignissimo Antistite Pieczariensi,
Omnium votis, assensu, plausuq; electus Metropolita?

★ ★ ★

Non ne Polo plácut, vt ei conferretur Metropolis? *Polis*
POLIS CERT PLACVIT
Concord enim vox eligentis populi, cuiq; ná est fidei? *Dei*
Ipsa dies Electioni destinata, Diuo Iustino Sacra,
Quid nisi justum Electionis opus personat? *sonat*.
Quid ení erat, tessera illius diei, magnū Iustini Nómē? *omen*.
Omen certe fuerat justæ Electionis, Iustini Nomen,
Et prima Iunij die, quis nam debuerat eligi prim⁹? *imus*.
Rectè respondes veridica Echo,
Æternæ enim Veritatis præpositio est:
Qui futurus est dignitate prim⁹, debet esse submissione *imus*,
At qualis est hac in parte noster Præsul Illustrissimus? *imus*.

Dic identidem Loquax Dialogista Echo,
Quem illa Electionis dies cælitùs implorabat
per suum Diuum Justinum Philosophum? *Sophum*.
Sophum certè implorabat fascibus viduatæ Sophiæ,
vt par pari gauderet, *auderet*.
Gemit ení honorari⁹ Scipio, si indignis manib⁹ tāgitur, *angitur*,
& non firmatis Sapientiā humeris
quid quæsto est Thronus? *Onus*.

S B D

quæ tunc Eligentium vox strepuit,
dum fasces vidui reluctati cōferebātur Barlaamo? *amo*
Quis protunc in se aperuerat
oculos atq; Ora Electorum plusquam mille? *ille*
Cur eū vno populus Ore Archi Præsulē claimabat? *anabat*.
Sic semper Virtutem honores hamant, *amant*.
vnicum honoris illicium est Virtus,
Nec affectus tantum, sed etiam suffragia & calculos trahit
Animus magnus, *Magnes*,

vt palam sit

Quod Electorum arbitria, ad nutum virtuti inclinentur
& omnis Virtuti manus & affect⁹ militat. *titat*

SBD

* * *

S E D D I J B O N I .

Quanta protunclucta eligentiū & electi intercesserat ! Erat.

O quam pulchrum erat spectaculum

vbi Honor & modestia certamen injuere ! verè

Quam speciosum agonum

Vbi fugientis erat Comes Honor indiuidus : Vidius

Vide tamen quanta modestiæ vis erat ,

vt cum integro Exercitu Rossiaco ,

pro collato sibi luctaretur honore Ore.

Facilius certè erat eligenti Exercitui ,

Crimēsem paulò ante vincere Camillum , Quām illum.

Difficilius ei Archipræfulea imponebatur vitta ,

quām hosti eripiebatur vita: ita

Nec tam difficile erat flectere olim monstrū Crimense , ense .

quām contumacem illi⁹ mentem precib⁹ deuotis , Votis

Totam suam votorum seriem , pertinaci nisu deuoluebat

in Czernihouensem Antistitem magnum , Agnum

Agnum certè re & nomine ,

Ne scilicet amissio vellere Gedeonico ,

abq̄ tanto Agno Rossiacum esset Ouile vite.

Vicit tamen in hac Lucta Elector Rossiacus Exercitus Citus ,
cui solempne est tām hostilem ferociam morti ,
quā reluctantem Modestiam , Præfuleæ mancipare Ara.

Itaq̄

post diuturnam Luctam , Modestia triumphata ,

aureisq; honoris reuincta catenis ,

Inuito tandem pede stetit in fastigio . Io

Io triumphe ! Vicit Honor modestiam


Archipræfuli datus Lauream ! Auram .

* * *

Tu verò Laconica Mima Echo,
quid sentis de tanta Archipastoris modestia,
quā omnium affectus congregat: regat

Ergo jam Archipræsul Illustrissime
Incipe faustum regimen Tu dignissimum grēge: rege
Sustine indefessis humeris Hercules Gloriosissime,
Honorariæ pondus Catenæ, *tene*

Nos vero Loquacissima Echo,
quid diutius importunis Verbis obstrepimus? *repimus*
Quid tantos à nobis elicit clamores: *amores*
Amores certè, nullibi enim nisi in illo,
metam inuenit telum amoris missile. *Sile.*



ARC

ROSSI + FESTA

ARCEPOS

HERBOWYCH PLANET

KTORA

NIETYLK ROSSKI HORYZONT OSWIECA,
LECZ Y MIŁOSCI KV BOGV SKRĘ WZNIECA.

EPIGRAPHHE

LVCET ET ACCENDIT.

adż że iuż łaskaw cny Geperionie,
Co świetnym glansem polerując skronie,
labastrową po Uciebie Karetę
pozworno pedziż: dajemyc Walete.
aczym Obrotem ty ktorą w lektyce,
Glancowne świata prezentyujesz lice,
uno srebrzystą w gornym gabinecie,
Już cie żegnamy przy krotkiej Malecie.
rktyczne gwiazdy które na połnocy,
w swej ogniorodnej jaśnieiac Barocy,
thlanta moca strzymującie Uieba,
Badźcie łaskawe, iuż nam was mniej trzeba.
ilym świecacy Koralem Phosphorze
co złotowłosym Phæbem wiedney Sforze

BARLAAM

C

Jasnie-

* * *

IASINSKI METROPOLITA

jasniesię pieknie, yty cny Boocie,
W glancowym dosyc polorowny złocie,
spektow pełne slicznych Niebaganice,
co w krag posferach odprawuiac tanice,
wiecicie pieknie w gornym Arsenale,
mieciesie dobrze: wam daiemy Vale.
uż bądzie z Bogiem, ywy co z natury
Światło wzniecacie żaglom Cynozury,
am iuż promieni waszych mniey potrzeba,
Już nasze światlem inßym świeca Nieba.
wieca Rossyjskie nieba, o iak cudnie:
 wlaśnie iak jasne pieknych dni południe,
iedy im ARCTOS cnego Insulata
 złotym promieniem godziny przeplata .
uż tu bezchmurne gaśnecie splendory,
 złotemi Phæba wzniecone kędziora:
alo maß ceny piekny Orionie;
Oto Herbowy Xieyc swoje skronie
theziami vwienczywby mile,
 złote Rossiey naszej wznieca chwile,
o pewna, że ta Cynthia tak jasnie
 naß oświeçaiac horyzont nie zgasię,
zesisty bowiem promień na nia plynie
Od Ułasnieyßey świata Monarchinie.
niestychana na świecie fortuno:
 w ktorey, Herbową obfituieß Luno,
od Panienstkiem rezyduiac stopy
 Co sa jasnieyße sto kroć nad pyropy .
stre iuż twoie teraz w pełni rogi,
Gdy przy nich świeca Przenayswietße Ulogi:
ichych nie znajdzie makul nikt na twarzy,
 Gdzie sie słoneczny promień pieknie żarzy,
uż ni vßczerbku, ni sie boy zaćmienia
 maiac na wstrecie glans tego promienia .
udzież ywy gwiazd Herbowych pochodnie,
 Co na Rossyjskich Niebiosach pogodnie
rękycznym pieknie toczycie sie kołem,
 O iak pogodnym nam świecicie czolem!



KILOWSKI HALICKI

Iedy w switey z pięknich gwiazd koronie
Przeczystej PARISIR otaczacie stronie.
Uż tedy obacz cne Rosyistie plemie,
Co to za światło twa oświeca ziemie,
uż z Morphewsa wzrok wydarzy cılıwy,
Do prawdozrocznej rzuć sie perspektywy:
baczyż pewnie że te Luminarze
Zadney niemoga podlegać przywarze,
tak pięknym Czystey PARISIR świecąc znaku
na Roxolanskim swietnym żodiaku.
szczesliwemście Nieb Rosyistich sfery,
Takiey nabywshy od tych Planet Cery,
torym Słoneczne MARJER bisiory
niezgasłe nigdy wzniecaia polory.
O triumfuy Roxolanski Swiecie
Już cie okropna noc nigdy nie zgniecie,
oyne gdy Planet tak swietnych promienie
smutne od ciebie rospędzaia cienie,
ni cie moga Zochwalek Lachezy
niepowściagliwe potlumić imprezy,
icha albowiem nec śmiertelnych piastow
iastych MARJER, nie ogarnie blaskow.
nże swiatelska choć piękny glans krasi,
Coż gdy ie pretko lada chmura zgasi:
hwalebne iednak naszych Nieb Planety
Tey niesfortunney nieznaia mutety,
iedy Niebieskich Swiatel Monarchini
Blask im niezmierzchły blisko siebie czyni.
asnieycie przeto Roxolanskie Nieba,
Tego wam Światła dawno było trzeba.



Ciekawa przezornych Obserwantow sagacitas, niestepiala
w światowe Luminarze zapatrzywszy się zrzenica, nie iuż
per tubum opticum, ale przez samą Veritatis indagatricem
Experientiam ~~toco~~ dochodzi, że nie w szystko to złota cena
stynie, co się wydatnym w oczach ludzskich zaleca glensem:

Non bene, quod rutilat fulgore probabitur aurum

Nec Vera est pretij nuntia flamma micans.

Dociekę tezy prawdy, non leui rudimento, y polityczny
ieden Experient, który wszyskie te sublunarne lumina liceis
przeniknowszy oculis, a qualitates onych dobrze ad lydium
Veritatis lapide doswiadczywszy, taką zacności onych probę,
Delphico verior oraculo zeznawa: *Non omnis Lux optimæ naturæ index est,*
nam & ligna putrida Lumen aliquod sub noctem solent fundere,, ex in stellisibus sub
stellarum Luce tanta lues. Iakoż y przyznać że lucis & coloris fallit imago.
Nie jednemu Ikarowi fulgor mollit oderatas pennatim vincula Ceras,
tak, że całym morzem, ledwie nieszczęścia swego labem,
eluere y deplorare może. Nie ieden cum papilione do kla-
rowney pochodni wysokolotne przypaliwszy skrydła, graui
gemitu, na swoją niedolę, owe zawołać musi Epiphonema:
Heu species præclara fecellit. Niepadły nigdy, ani paść mogą, choć
by od samego, żołcią lub iadę napoionego iżyska, takie scom-
mata na Przeświętne Świątobliwości Waszey Lumiarze. Nie
tak tubowiem Herbowa ieśnią Phænomena, aby od wypo-
godzoneº onych promienia, w niefortuney iaki Icar⁹ miał się
chłodzić kąpieli, ani tak południowym Swiat Rossjiski klarem
ex hilarant, aby onych *species præclara fallere miafa*. W innych nieba
pochodniach, iakies makuly ciekawą wpatruje *Mathesis*, tu jed-
nak pierwicy przytepi *Vindici radio razdrościwe Zolus* oko,
a niżeliby ciemnofaleczna perspectywa iakie miał doyzreć
limatury, tam, gdzie Słoneczny Przenaydostojnieszey Matki
Bożej Paludament, żadnym, y pierworodney podniety nie-
przykopcony dymē, na vlibiony swoj podnożek, Herbowy
Świątobliwości Waszey Xiežyc, y na błyszczące Korony swej
adamaty, rodowite Świątobliwości Waszey sydera, niezmier-
chle nigdy uberi copia przesyła polory. Światowej to tylko
polityki praktyka, fumosas maiorum liczyć imagines iakoby inaczey
zapalone *Auorum ceræ* świecić niemogły, aż by ie *cognatus ignibus*
fumis detestabili labi musiał contaminare. Herbowe jednak Świąto-
bliwości W: Miłośćią Bożą wzniecone, nietak pałąią ognie,
aby ichsprośna iaka, wzrok ludzki zarażająca profanując ku-
rzawa, żły z oczu wyciskać miała. Raczej *multiori Vicissitudine*, tym
rodowite Świątobliwości Waszey przyiazna Cnoccie Fortuna
vqualifikowała *flammas*, że przy nich, wycisnone ciężką nie-
szczęścia prasę *arescent lacrimæ*. Niech że y w dalszy
czas takież Rossjey sprawują sudum & sine nube serenum.

+

ARCTOS

AVITORV ILLVSTRISSIMI ARCHIPASTORIS SYDERV,

Quæ

PRÆLVSTREM HONORVM DEDIGNATA
MERIDIEM,

Obscuras magis & priuatas amat Religionis noctes.

Epigraphe.

NIL INDIGA LVCIS.


Hec est miranda fæcundæ rerum Parentis Naturæ Solertia, ut quidquid præstantissimū orbi largiatur, id prorsus vñibus & aspectibus humanis absconditum esse velit. Matrem alii blandienti titulo, ego nouercam hac in re crediderim Naturā, quod præstantissimis quibusq; rebus, utilitati humanæ surreptis, irritet duntaxat, auidam mortalium famem, non expleat.

Rubet hæc tñ pretiosa Pactoli tempestas, vel ipso pudore decolor, quod tanta arenarum pretia, vñib; & visib; humanis crepta inuidis abscondat fluctibus. Bluit etiamnum aut deplorat, totis vñdarum cataractis, turpem auaritiæ labem Africum pelagus, quod tam splendidos vñionum, adamantū, rubinorū, cæterorūq; [quib; raritas & auaritia pretiū addidit] Lapillorum nitores, maligno turbine occultauerit an verius extinxerit. O quoties nō tam æquoris quam proprij sudoris immersimur abyssō, nescio an vñiones hamaturi, an ardente habendi cupidinem extincturi. Sollicitamq; terram, & velut alteri Nerones, in viscera Matris nostræ sœuimq;, ac vt auro potiamur, ferro scrutamur abdita telluris, dubij credo an caucasea sit, quod tam duros ē suis visceribus ediderit. Frustra jam aureis Hesperidum Hortis peruigil draconum custodia, frustra Phryxæo Colchidum velleri insomnis taurorum flamas vomentium tutela, frustra deniq; cuius Gazo-phylaci centoculg adhibetur Argus, cum etiā illuc Herculis aut Iasonis temerarij pertingent ausq; non tam fortitudine, quam auaritiâ stimulati. At vnde obsecro tantorum ilias malorum! Non aliam credite mihi horum originem, nisi



quod sagax natura, vt rebus pretiū faceret, absconditas esse voluit, non aliter credo valorem, nisi raritate rebus mercatura. Dies abscondit sydera, nox occultat solem, tenebræ quandoq; lucem regunt, tellus metalla supprimit, mare lapillos absorbet, concha recondit margaritā, ipsas deniq; cælorū intelligētias, pl9 dico, ipsum Deū inuidi cæli, nouo utinam Gigantomachiaē ausu expugnandi, heu oculis nostris abripiunt. Verbo: prætiosissima quæq; occultissima sunt, & occultissima prætiosissima.

Dabis veniā licentiaē Archipræsul Illustrissime, quod paulò audacius Tuæ Vetricudiaē transgressus limites, rei expositæ documentum Tuam demonstrabo modestiam. Scio equidē Tuas Virtutes Tibi ante oculos sistere, idem esse, quod aliis exprobrare vitia, audendum tamen est Patronā Veritate, quæ Veroniæ, non Placentiæ nata, vt Sophistica lingua blandientis detestatur illecebras, sic omnib9 mortalium respectibus contéptis, rem nō fucatis depictā coloribus amat promulgare. Quotquot in Te virtutes Archipræsul Illustrissime, tubo Veritatis optico, sagax contemplatur ocul9, totidem inæstimabiles numerat vñiones, Arabicos miratur lapillos, ne ipsius quidem Themidis aut Critolai Lance dignè ponderandos. O quot hīc rubini, tum igneo gloriæ Diuinæ propagandæ zelo, tum amore Diuino succensi! Quanta, quāmq; inconcussa, aut veris loquar, adamantina finalis in bono perseuerantia durities! Quām prodigiosa multitudo vñionū, quos, non jam cælestes, sed Tuæ Frontis rotas [nisi forte etiā hanc cælū appellauero] religioso eliciti jugo profudere! Sed quid t̄ omnia hæc virtutum pretia velut profundissimus abscondis Oceanus, & Lumina tam nitida in abdito niteris occultare. O quoties has inæstimabiles gemmas, honorariae vltro eripiebas Coronæ, & eriperes proculdubio, nisi violenta man9, pretium Virtuti factura, tantos virtutum nitores, per vim Coronæ insereret. Benè Tuæ Mentis exprimit energiā, Tuæ modestiæ symbola Arctos Gentilitia, quæ meridianos honorū detestata fulgores, obscuris magis gaudet noctibus, vel ipsi tenebris Illustrissima. Solares dignitatis radios, adeo Tibi graues esse compertum est, vt crederet quis [sed parce temeritati] Te Originem traxisse de alta Atticæ Noctuæ propagine, cui solemnis est illa tessera, quod Nil sit indiga Lucis: nisi sciremus, & Tua Te proderet Indoles, non degenerem Te esse Aquilarum sōolem. Adstruat cæteris ad fastigia gradum Dædalea dextera, sudet Polycleti aut Vulcani officina. Tibi honores conciliat ipsa honorum fuga, & tunc vel maximè dignitates allicis, cum maximè renuis. Nouum est istud, ac insolitum ad Titulos



iter per Titulorum stragem. Paradoxum est, per contéptum dignitatis ad fastigia eniti, Imò portentum crèderem in fuga triuphare posse, nisi vltra Parthorum victoriā, Te quoq; Archipræſul Illustrissime huius rei haberem documentum. Ac ut cæteros Honores Tibi non tam collatos, quām intrusos grauatè prætergrediar, ad unicos Soli; Metropolitanū fulgores, etiam obſtante Tuæ modestiæ umbrâ, obtutus conuerto. In Cancro Sol eluxerat, cùm Tu Sol Rossiacus, ad ſolium Metropolitanū electus, omnium votis ac desideriis illuſisti: quaſi Tuā Cancrinam ad Honores tarditatē, vel ipſi teſtarētur cæli. Habeat ſuos Orbis Tantalos aut Hyppomenes, pro aureis honorū fructibus rapiendis Stadiodromos inſignes. A Te verò procul hæc probroſæ velocitatis ſtigmata, quem nuper ſole in Cancro radiante, cancrino paſſu, hoc eſt retrogradatim ad fastigia vidimus & ſtupuimus processiſſe. Benè nimirum Tuam ad honores tarditatē Cælum intellexerat, cùm glo- riosam illam Tuæ Mentis pigritiem, publico tarditatis indice, hoc eſt ſole in Cancro radiante prodiſiſſet. Quanquam nō ſolus tunc, in cæleſti Zodiaco Phæbus, cancrino inceſſerat gressu, cum etiam Tua Luna eam Solis moram æmulabatur. Sæpè lentum protunc incuſabamus ſolem, quod non citius nobis, Tui honoris promulgandi horam attulifſet: ſæpè in- dignabamur, quod cum ſuo cancro, noſtrā retardatſet lœtitia. Benè tamē noſtræ tædiosæ exſpectationi Cælu eā re prouidit, ut nimirū majora eſſet, quæ ſerò veniret gaudia. O prodigiū! Pegasi Perſeo aut Bellrophonti vehiculu eſt, cùm in Helico- nis Culmina enitendū: Solem ferunt præcipites Quadrigæ, cùm ad arduam Cælorum meridiem luſtantum eſt; Te verò Phæbu Roxolanū, in hoc præclaro Cæli orthodoxi Zodiaco, ſolus ad ſolium prouehebat, an potius retardabat cancer. Sed habeat ſanè Cancrinos, imo podagrīcos Modestia ad Honorem pedes, citò tamen etiam Pumilionis imbecilitas adibit ſolium, cui virtus & merita giganteam ſuggerunt pro- ceritatem. Nemo enim teſtudo ad fastigiū eſt, cui & virtuſ & pertinax eligentiū manū, candidas appendere calculorum alas. Quærat Modestia latebras, & ſolita dignitatū effugia; Nunquam tamen benè latuit Virtutum ſerenitas.

Eminet indicio prodita flamma ſuo,

Quoq; magis tegitur teſtū magis æſtuat ignis.

Hæc ego dum loquor: in Te Archipræſul Illustrissime, ceu in Virtutum ſpeculo rei propositæ documenta video.

Hilarescite oculi ad fortunæ veſtræ ſpectaculum: Abſerge lacrymas viuata hac tēg Rossia, lugubres excute ſqualores,

Iunij
Eleſio.

* * *

tristes nenia in latum pæana, planctus in plauso, mæstas lacrymarum tempestates, in amœnam transfer serenitatem; Hupidus frontem rubibus expedi, gestienti vultu insolitum cerne triumphum. **Alihi Magnanimitas**, aut audentis animi heroica Fortitudo, ad perenne prouehitur Capitolium, honorariis fascibus adhibetur, plausibus vndiq; populorum stipatur, nec tam Curru triumphali, quam hilari plaudentium pectori deportatur.

At hic Modestiam Archipræsulis pari videmus circumagi pompā, glorioſā meritorum gradatione, ad summa progreſſa fastigia, & ceu Quadrigis quib⁹ piām, quatuor Horribus gestis ad æternitatem eluctari. Habent nempe hoc Diuinum fastigia, quod non sublimi cothurno incidentē fastum, nec arrogans ambitionis supercilium, sed demissos Verecūdias vultus, ac fugacem horis Modestiam in sublime euehant. Ita ſcilicet exiguae nobilitatuit natura, ut nec tenue gramen ab Electro, nec vile ferri metallum à magnete, nec deniq; animi modestia ab Honore deſtituatur, ſed tacitis quibusdam viribus allicitur, trahitur, ſubleuatur. Quare nō immixtō Soli dixerim affine Solium, cum ultra nominis etymon, ille vaporum tenuitatem, hoc autem animorum exiguitatem in altum attrahat. O modestiam nullis vñquam Laudibus exæquandam? O palmarem ſemper animorum ſubmiſſionem, que Depreſſa magis conſurgit in altum. Ite procul fulmina, ac cæleſtem deſignata Vulcaniam, arrogantes Apenninos, Vesuuios, Pelion, Uſſam, cæterosq; quoſ iam neq; Gigantum attollat man⁹, ferite montes: Cælis imminentem exurite ædium arborumq; celſitudinem; turbate Pontum inſolentiores Æoli decumanis absorbendi fluctib⁹. Redit hæc diſcrimina vera animi humilitas, & ceu Syren formosa contemniuta pocellas.

nimirum

In breuibus nunquam fere probat Aeolus vndis,
Nec caput angustius Boreæ certamina collis,

Alpes ille quatit, Rhodopeis culmina quoffat.

Inuenit nunquam Cæſtiū flamma ſalittus,

Nec parui frutices iram meruere Tonantis.

ingentes quæcū, annosq; fulminat Ornos.

Obſtupescite tantam ſubmiſſionis Prærogatiuā, nullius prors⁹ diſcriminis gnarām, ac ultra omnem fortunæ iustum ſubleuatā, ut nec ad ſublimia ſecuriq; iter pateat, niſi per inſima, nec in ſummo conſiſtere liceat citra jacturam, niſi perimos gradus.

Et hæc Tibi Clavis Archipræſuſ Illuſtriffime, non Honorum duntaxat, verū etiam pectorum reſerat adyta. Ingredere fauſtus tam magnificum Tuarū Virtutum Auguſtale, antequā volubili Syderum Tuorum ARCTO in Cælum deucheris.

ABCETOS

HERBOWYCH PLANET,

DO KTOREY

SWOY BIEG ROSSYISKA KONFORMVIAC NAWA,
ZAWSZE V PORTV SZCZESLIWEGO STAWA.

EPIGRAPH

INOCCIDVA SEQVOR.

ez pochiby ten podobny żelazu,
Lub z krzemiennego ma serce kaukazu,
Ibo z bułatu Wulkanowej Huty
Stalistym Bronta iest młotem včuty,
zec moge smiele, że go nie Lucina,
ale okropna z stygu Prozerpina
ubo z Plutowej Kawerny mierziona
nedznie wydala na świat Tyzyfona,
Ibo ta, ktora Cerberowa kluza
w swych petach trzyma, zrodzika Meduza.
ach który widzac, w tak burzliwej sali,
Rossijska Nawe, nic sie nie vžali!
arnie stracila (ach biedna fortuna!)
droższe nad Bolchow Gedeona Rundo.

BARLAAM

Gedeonem Czetuer-
tynium Metropol:
Kijou:

☆ ☆ ☆

Iak się tu we lzy nie rospływaćcale :
widząc, a oto wichrem wzdetę fale,
Ibo z samego snac żwawego piekła
burza na ten świat wydarzy się wściekła,
koro vderzy w ostabiale żagle
Rossijskiej nawy, aż natychmiast nagle
ażonka Argo skokatawhy marnie,
samego wtania Argonaute garnie:
awe zas biedna niesfortunne wiasto,
w scylle rzeszistych lez nedznie zaniosło.
toy przebog wicherze, stoy srogi Eole,
chcicy wždy mieć litosć na nasza niedole.
toryż ach ktorz Hyppotades drugi
nam tak skuteczne wyrządzi postugi,
ak przed tym, gromiąc srogie śmierci wiatory,
ktore y same obalaia Thatory,
arpezie staly, Dodoneyskie deby,
niestrudzlakemi podcinaia żebry.
y powstan znnowu cny Hyppotadesie,
niechay ta smialość swa karę odniesie :
warde iak przedym włoż na wiatory peta,
niechay niebierze gory zlosć przekleta,
zuć ie w okowy do wieczney klawzury,
Lub w ostre szponi ciemnym day pazury,
kropne znnowu niechay Aquilony,
straszne Cerbera kryja pawilony :
o tych zas burzach niech piekna pogoda
weselzey chwili utrapionym doda.
Kiedyż blysnięc cny Hyperionie!
Kiedy osułyż rzeszistych lez tonia!
ecz daremne sa o tym moje słowa,
zlosć zawże w swoiej porze trwać gotowa.
uż oto ona nie vchronna burza,
co w swych przepasciach wßytet świat zanurza-
wego miszerna Rossijo Clauklera,
w swoia smiertelna charybde zabiera.
A inż zuhwaki Jazon w swej imprezie,
do Bolchow Runo Gedeoniske wiezie!

*Clausurat Hyppo-
tades aeterno carcere
Ventos. Metamor:*

L: 4.

A S I N S K I M E T R O P O L I T A

Ktorz

KILOWSKI HALICKI



tory w Twey Łodzi zasadat na styrze,
Oto iuż teraz swieci na Empirze,
uż mu wybiła godzina ostatnia:
na Twa zas Uławe, przebog przebog matnia
adowita swa pańszczyzne wywarła,
aby ja w swojej otchłani pożarła.
trzy swa jednak lże Rosyjskie oko,
Czem w lezney toniesz kapeli głebokoż
wskat ta zwyczajnie w Swiecie alternata,
że Bog weselem uciśli przeplata.
amey iedyney nieobaczyż rozy,
Tamże przy oney y cierniesie srozy:
iedy piorunem y dżdżem niebo sieje,
w eselha potym twarza sre zasmieje,
asny thoć zaćmi premien Phæbus złoty,
Lecz znowu blyśnie szczęśliwie przed wrótę.
amuy przeto żal cny Roxolaninie,
Już y twa Uława w ład szczęśliwie płynie,
ustry ja prawda w krete wparky wiry,
Lecz iuż lagodne wionowysy Zefiry,
ubym tchem, z krety gorzkich lże topieli,
żwiatlne żagle do brzegu napieli,
uż oney ARCTOS Cnego Insulata,
w Herbowych gwiazdach złote wznieca lata.
zy možnas iuż tu iakiey bać sie tonie:
przy tak przezornym na Styrze Jazonie:
tzyż Insulata, y Pastoral,cale
Tamten Kotwica, ten wiostem na sale,
asna zas ARCTOS miasto Cynozury,
Przy tey nietrzeba żadney bać sie chmury.





B yłoby za co *communes querelas* wnośić na surową *Inlementam Fatorum*, gdy by nam meliori talione szkody nagradzać nie miały. Tenci to v nich iedyyny piołunowych gorzkości kondyment, że graui ielu zraniwszy serca, tuż zaraz na serdeczną rangę skuteczne dają *pharmacum*? *Omne Deus dileci sanat medicamine vulnus.* Przestańcjeż iuż ciężkim zranieniem żalem Heraklitowie, na swoją narzekać niedole: *Hei mihi cur nullū dolor est medicabilis arte!* Vmie bowiem w lekarskiej sztuce dobrze wycwiczone Fatum, conuenienti antidoto, przykro nā sercu goić bliżny, *Discite sanari, per quem mala vulnera fertu.*

Vna manus vobis vulnus Opemq; tulit.

Iakoż rzetelny wiedzieć document, na osierocialej do tad Roxolańskiey Oyczynie, kturey nievchrone Fatū, rzeciste izy grandi pechorū tormenta, niedawno zoczu wycisnowszy, teraz iuż ie pogodnicyszym czoła swego osusza promieniem. Przybiera się albowie z grubey sierocey żałoby, w ozdobna y świętna szatę, *indumentum lætitia*, bierze pozorną postać owdowiata niedawno, teraz Głową y Opiekunē swoim szczęśliwie obdarzona Roxolańska Metropolis, fortunney doznając alternaty, że māstum sol hodie *cāput*, eras lotum roseo promet ab arquere. Zaszedł był przyznać že posegna nocą Rossijski Horizont, gdy mu Xiażęca, w Antecessorze Twoim Jaśnie w Bogu Przeoswiecony *Archipasterzu*, claritas, do smiertelnego przybliżywszy się Zachodu, Słonecznych, bo Xiażęcych vmkneła promieni. Ktož by był nieżyczył onemu Rossiskiemu Słońcu, w Xiażęcym swym klarze, pogodnie zawsze *sine nube* jaśniejacemu, niezmierzchłego nigdy południa. Ktoby się niezdobywał na owe Iozwego vota: *solsta, nenuareare?* Zachod jednak smiertelny, w iżystki gaśzący Luminarze, y nasze° Roxolańskiego Tytana fatalną okrywszy powłoką, smutne *derelictis orphanis* pozostały vmbry, gdzie *absq; cura salutis* Endimionowym przychodziło twardo zasypiać letargiem. W szakże *Luminum Patens* nedał długo, po smutnym one° Luminarza Zachodzie, w okropney dziedziczycь nocy. Wzbudził z posegnych nietaskaowej fortuny obłoków, *Serenæ dici nuntias*, pogodne Światobliwość W-Zorze, przy których Światobliwość Wasza, wolnemi *nullo reclamante senatu* głosami, na Horyzont Roxolanski, niby *Luminare maius*, wystawiony, iuż tandem plenā Majestate, całemu Rossiskiemu Światu, in plenitudine Lunæ y felici Sydere jaśniesz. Niech się tam arrogantiū quām verius Słońce szczyci, że go ledwie poczworne ad augē moga wydzwignać cugi. *Ardua prima via est, & quā vix mane recentes enituntur equi.* Tu jednak nie fabuleczną Tropologią, ale samym znamy experimente, że Światobliwość Waszą sereniorem, *Rossia Phæbum*, tot elegentiū conat⁹, ledwie violento motu, ad augem Honoris zdolały subleuare. Tak to magistrum molium natura est, difficilē in altum erigi. Jaſniey przeto temi, które *Nomine & Virtute spargis*, promieniamini



AR'GENTOS

GENTILITIORVM ILLVSTRISSIMI
ARCHIPASTORIS SYDERVM,

ad Quam,

Nauis Institoris de longe portans Panem,
Seu

Thaumaturga Beatissimæ Virginis Laura Pieczariensis,
cæterorumq; honorum gubernacula,
ritè dirigebantur.

EPIGRAPHÆ:

HIS SECVR A POLIS.

MAgni quondam, Macedonis, majorem Nomine
auaritiam, Scytharum nonnemo redarguens,
scitè illum talibus alloquebatur verbis: *Quid tu*
[inquit] tanillus homo, tantum appetis Orbem & Vides ne ut
magna nimis Nausigia regi nequeant? Secotamē docemur
Magistrâ rerū Experienciā, posse à probis Argo-
nautis etiam maximas regi Triremes. An enī exigua Clas-
sis est, Thaumaturga illa, nullisq; satis dignè decantata
præconijs, Magna, Magnæ D E I M A T R I S laureata
semper Laura Kijou Pieczariensis? Magna certè
Nauis est, quia non Sydonijs, nec Tyrijs, aut Africis mercib9,
charibdico absorbendis barathro, sed tot Sancorū Corporū
onerata & ornata Thesauris, quos nec sua olim Gaza aut Per-
senopolis tulit Alexandrō. Magna profecto Nauis est,
si enim Argo quondam Iasonica, magna & esse, & dici, imo
inter Astra referri meruit, eò quod Colchicum portauerat
Vellus: quos non merebitur Titulos nostra Thaumaturga,
nullisq; vnquam allisa scopolis Argo, portando tām pretiosū
VELLVS GEDEONICVM, nullis Iasonib; in spolia cessu-
rum. Magna sanè Nauis est, quia non paucitatem homi-
num, vt quondam Noemitica, sed tantam mortaliū multitu-
dinem, à naufraga tot discriminū præseruauit Sorbonia.
Magna adextremum Nauis est Sacrosanta Laura Pieczari-
ensis, quia in immenso illo Gratjarū Diuinaru Pelago, nul-
lis syrtibus, nullisq; charibdibus referto, ad fortunatas semper
Cælorum Insulas, ad promontorium illud bonæ spei, adspira-
rente Diuini Pneumatis Fauonio, promouetur. O Magni-



tudinem, nullis vñquam eloquentiæ cancellis comprehensam!

Huius tamen onerariæ Nauis Vastitas, o quām probum Te
sui gesserat nuper Argonautam, ArchiPræsul Illustrissime.
Ibi demū ostendisti, quid valeat Virtutis robur, cùm tām
ritē tantæ vastitatis rexisses habēnas, nimirum Ducis in bello,
at Argonautæ in Nauigio agnoscitur industria. Infra Vires
Tuas erat, quod cæterorum excederat; illuc attigisti, quō nec
mente alijs adire concessum. Ita nihil insuperabile est,
vbi magnæ Virtutis accesserit efficacia; Tempestates edomat,
procellas superat, Ventis frena iniicit, de sœuenti turbine
vndarumq; prælijs triumphat, in ipso naufragio portum ha-
bet Cælis agnata probitas.

Magnum olim erat
indomitum Macedoni frenasse Bucephalum: Majus erat
Bellerophonti vel Perseo, pennatam Pegasi Velocitatem cohi-
buisse habenis: Maximum fuerat toruas Leonum cœrueces,
Ttiumphatoribus Romanis sub jugum misisse, ac frenis im-
manem belluarum flexisse ferociam. At quid hæc vmbra ad
Solem? quid atomos ad Olympum? Quos jam Tu non me-
